

CORPUS THOMISTICUM

Sancti Thomae de Aquino

Concede michi

nota editoris

Frater Guillelmus de Tocco novit S. Thomam et frequenter conversatus est cum eo in conventu Praedicatorum Neapolitano per annum 1273. Commisus fuit a Capitulo Provinciae Romanae ad proseguendam canonizationem eius anno 1317. Ex plurimis testimoniis ab eo collectis composuit Ystoriam Sancti Thomae quasi hodiernos articulos postulatoris.

Circa mensem Iulii anni 1323, in quarta et postrema recensione suae Ystoriae, inseruit notitiam de prece Concede michi: «De quo deuoto et sancto doctore dicitur quod infra scriptam orationem composuit, continentia completam, affectione deuotam et stilo politam, quam omni die dicebat. Oratio quam fecit beatus Thomas, quam omni die dicebat: Concede michi (...) per gloriam. Amen.»

Tantum exstant duae copiae huius postremae recensioneis Ystoriae Guillelmi, Germaniae exaratae decurrente saeculo XV: quibus ignotis ab omnibus, anno 1932 eruditissimus A. Wilmart asseruit nec huius neque aliarum precum S. Thomae adscriptarum, *Adoro te deuote* excepta, copias exstare nisi serissimas; ac proinde iudicandas esse spureas.

- BIBLIOGRAPHIA:
- C. LE BRUN-GOUANVIC, *Ystoria sancti Thome de Aquino de Guillaume de Tocco (1323)* (Pontifical Institute of Mediaeval Studies, Toronto, 1996) p. 156.
- A. WILMART, *Auteurs spirituels et textes dévots du Moyen Âge latine. Études d'histoire littéraire* (1^a ed.: 1932; Études Augustiniennes, Paris, 1971) p. 380 nota ad calcem.

© 2006 Fundación Tomás de Aquino quoad hanc editionem

Iura omnia asservantur

OCLC nr. [49644264](#)